1382 II Nonas Julii

Ex Spicileg. Dacherii T. VII. fol 239.



188

## Clementis VII. sive Roberti (Cardinalis Gebennensis) Antipapae Epistola ad Vladislaum Ducem Gnievkoviensem Monachum

Clemens Episcopus Servus Servorum Dei, dilecto filio Voladislao de Polonia, Monacho S. Benigni de Divione Ord. S. Benedicti, Lingonensis diaecesis, salutem et Apostolicam benedictionem. Cum pro nonnullis nostris et Romanae Ecclesiae negotiis tua praesentia sit nobis plurimum opportuna, praesentium tibi tenore mandamus, quatenus receptis praesentibus ad praesentiam nram personaliter te transferre procures, etiam si dilectus filius Abbas Monasterii S. Benigni de Divione, Ord. S. Benedicti, Lingonensis diaecesis, aut aliquis alius superior tuus licentiam super hoc tibi duxerit denegandam. Datum Avinion. secundo Nonas Julii, pontificatus nostri anno quarto.

De Curia

B. Salveti

100.

400. 80.

800

2850

3650 fl